Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-565698-p0001-2

Tomus XIII
Miscellaneorum Philologicorum.

בשׁ״ת

EXERCITATIONUM PHILOLOGICARUM

In

PSALMUM

PRIMUM,

SEPTIMA,

continens

Quæstiones maximè controversas circa Eundem:

habebitur publicè

In Electorali Academiâ Wittebergensi,

PRÆSIDE

ANDREA SENNERTO,

Profess: Publ:

Respondente,

M. EBERHARDO MULLERO,

Revaliensi Livono.

ad d. *Maji horis antemerid.*

in Auditorio Majori.

ɔIↃ IↃC LIV.

WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Röhneri, Acad. Typogr.

EXERCITATIONUM PHILOLOGICARUM

PSALMUM

PRIMUM.

QUAM

PRAESIDE

ANDREA SENNERTO,

Professore Publ.

PRO GRADU

M. EBERHARDO MULLERO,

Calenbergensi Hanno Silesio,

Medicinae Candidato,

Horis solitis publicae ventilationi proponit

JOHANNES ROBERTUS, Acad. Typogr.

VITEBERGAE,

Typis Johannis Roberti, Acad. Typogr.

Post Sophicas quoq; Philologas pervolvere chartas
Gestis, Amice, chori Portio magna sacri.
Nec, cœptam telam si sic perrexeris, olim
Te poterunt Doctum dicere Theologum.

Gratulabatur

M. Christianus Lyserus Lipsiensis,
Colleg. Philos. Adjunctus.

Beatus ille, qui procul negotiis
Gregis maligni errantium,
Divina jura manibus evolvit piis,
Versatq; pernox-perdius.
Dum palea, ventiludus & spolium leve,
Per inane spargitur vaga,
Perenni crispas ille Cœlo infert comas,
Riguoq; radicem solo.
Macte ergo tali mente, MOLLERE inclute,
Tali specimine nobilis.
Hæc folia nullus imber excutit Tibi,
Hos nulla hiems fructus rapit.
Perditio diros impiorum vertices,
Tuos manet FELICITAS.

Ita Disputanti è Psalmo 1. Amico honorando bene ex eodem ominatur

M. Carolus Ortlob / Olsn. Silesius.

Τίωτέ σε ὑμνήσω, σοφίης πολυήρατον ὄμμα,
Ὅς σεο θυμὸν ἀεὶ γλυκερῇς βοσκᾶισι παΐνεις
τῆς διδαχῆστε γλίχῃ; Μελετιὼ σέθεν ἀγερώντι
ἀρφνῷ ἐγκολπῶν μεγάλῳ ἔνι ὄβριι πόνοιο
Πρᾶγμα· πολὺ ἀρετὴν βερτοὶ ἔνθα καὶ ἔνθα βεβᾶσιν,
ἄστέ μοι ὐδετέρων καταλειπέμεν ἤδη ἄρεσθαι.
Οὐχ ἥττον ἢ φιλεῖ, ὅτ' ἐπαινετὸς ἐστὶ ἐπαινεῖν,
Ὅτι σοι σὸν ἄλλον μελέδημα νεώτερον ἦτορ
Ἀντ' ἐρατῆς σοφίης, ἀ μαλθακὸς ὕπνος, ἢ οἰνος
λυσίκακος· λάθοιτο σὸν, ἢ καλλιπάρῃοι

παρ-

Παρθένοι, ἔτε σχολὴ ὁλοσήνωρ· Ἀγλαοὺς ἥβη
ἥμος σε Φέρεται τὰ ἐς ἔργα δορυσσόα λάβρως·
ἠνίδε! ιιιῶ, κακόχαρτε, καὶ ἠνίδε, δυσκέλαδ' ἀυτόν,
ὃς δεκάτῃ μοίρᾳ καθέδραν, πεσυνυμφα εἰδὼς
βῆσεν, ἀμυνόμῳ θεῷ ἐρυγδέποιο ἀ ἔθλα!
λειριοεσσάων χύθ ἔυγε! καὶ ἔυγε κορφῶν.
Γυοκόφοι ἦ ὀπιδοῖεν Φθυνερῇσι μέρμναι,
μέχρις αὖ ἴκωνται δνοφερῆς ὑπὸ κεύθμασι γαίης!
πατρίδα κοσμήσων, λιπαρὴν πόλιν, ἀλλὰ Σὺ μᾶλλον,
ζωὴν ἐκτέλεσον θαλερὴν μέχρι γήρα θδῶ!
χ' ὅτω μὴ θανάτε σε μέλαν νέφ ἀμφικαλύψῃ.

M. Georgius Dunte, Revalienſis.

HAud ego flammivomi rapidos Hyperionis ignes;
Haud ſeptemgemini rapidiſſima flumina Nili;
Haud ſævum tonitru, nec ſaxa volantia Theclæ;
Haud rapidi miror ſpacioſa volumina cœli;
Vim rapidæ mentis ſtupeo. cum ſole vagatur
Spiritus intus agens, rapiturq; per æthera. corpus
Quò penetrare nequit penetrat. Confinia rumpit.
Jam mare, jam terras peragrat, jam nubila tranſit,
Præſentemq; facit, quæ neſcit lumine cerni,
Æternam mentem: repetit mox viſcera terræ,
Et juvat arcanos iterum luſtrâſſe receſſus.
Adſpice Mollerum juvenem, cui vivida mentis
Pectora ſuccendit Virtus; quem Phœbus amavit.
Nunc ardet penitus rerum cognoſcere cauſas
Naturæ myſtes. Lunæ ſolisq; labores
Noſcere mox avet, & Genii vi fretus acutâ
Socraticas evolvit opes. mox divite venâ
Fundis epos, Clariæ flos illibate juventæ.
Parva loquor, totó deſtillas pectore Chriſtum,
Æternamq; Deiſobolem pia lingua fatetur,
Jam quoq;, prohſuperi! magno ductore Senerto,
Pulpita conſcendens Sanctæ myſteria Linguæ
Pandis, & æterni rimaris pectora Jovæ.
Macte tuis auſis, mentem ſcrutare Tonantis,
Sic tua mens tandem poterit requieſcere tutò.

David à Brücken, Lubec.

QVÆSTIONES.

I.

An è numero, & Primus quidem, Pſalmorum hic præſens ſit?

REſp. Sunt qui planè deturbant ê numero Pſalmorum hunc præſentem noſtrum; rati potius pro præfatione totius Libri habitum hunc fuiſſe quondam, quàm pro peculiari Pſalmo: vel certè alii ſecundo annumerant eundem, exiſtimantes antiquitùs utrumque pro uno ſtetiſſe. *V. Jan. Druſ. Præter. lib. V. p. m. 181.* It. *Quæſt. ejusd.* moti certis de rationibus ſuis quibusdam, quarum præcipua hæc eſt: quia Actuum cap. XIII, verſ. 33. ubi citatur comma ſeptimum Pſalmi ſecundi in quibusdam Codicibus Græcis legatur: ὡς ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ πρώτῳ γέγραπται: quem in modum etiam legant ex Patribus, Juſtinus Martyr, Origenes, Tertullianus, Hieronymus, Hilarius, atq; alii quidam. Verùm verò Reſp. 1. Præfatione, eademque peculiari & diſtinctâ à libro, cujus ſit eadem, deſtituuntur omnes Libri Canonici V. Inſtrumenti: probabile ergò eſt, etiam Pſalmorum librum carere ſimili. 2. Ode hæc cur non ſit tam Pſalmus, quàm alius quivis, quùm omnia requiſita Pſalmi habeat eadem? 3. Hic noſter ſi conjungatur cum ſequente proximè, pro uno eodemque reputetur uterque, unde conſtat de recepto Pſalmorum Centum & quinquaginta numero? 4. Argumenti ſunt, quicquid dicatur, valde diverſi, hic noſter

præsens & subsequens, nec ulla apparet sufficiens cohærentia, ut scil. pro uno possint debeantque sumi. 5. Locum ex Actis petitum quod attinet, authentica exemplaria, teste item Bezâ, atque vetustiora legunt: ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ. Ita etiam legunt Versiones Syra, Arabica, Æthiopica, Vulgata Latina & pleræque aliæ: item D. Chrysostomus, R. David Kimchi super Psalmum hunc: qui, *in correctissimis*, ait, *Codicibus haberi hunc Psalmum secundum*: conf. Ludov. de Dieu, in animadvers. ad *Act.* XIII comma supra citatum. 6. Suprà laudati Patres ergò corrupto heîc procul dubio omni Codice quodam usi sunt, nec nostræ præjudicare facilè ætati aut lectioni jam probatæ possunt. 7. verò atque imprimis ideo in probatissimis hodie atque jam olim codicibus Ebræis primus hic noster, אשרי האיש per literam א, subsequens verò proximè, למה רגשו גוים *Quare tumultuatæ sunt gentes, &c.* per lit. ב, numerorum indices, notantur expressè, atque adeò pro distinctis ipsi duo (conf. supra cit. Kimchium) noster verò pro primo habentur. 8. Ita LXXII Græci Senes quoque suo jam tempore (quocunq; etiam fortè dispersæ antè in volumen unum collectæ sunt hæ Odę) expressè pro distinctis illos habuerunt, atque ad eundem, superiùs dictum, planè modum. Taceo denique 9. quod apud hos hic noster præsens, sicut & alter subsequens, peculiari ἐπιγραφῇ, atque noster in specie sub nomine Davidis, gaudeant: hic quidem noster ad hunc modum: A: ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις: alter verò: B: ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

QUÆ-

Quæstio II.

Vox אֲשֶׁרֵי *an particula sive adverbium sit; an potiùs Nomen substantivum pluralis numeri, & quidem in regimine positum?*

Resp. Posterius suprà in analysi textus affirmavimus. Hujus ergò assertionis nostræ aliquam uberiùs nunc primùm immotas sufficientesq; dabimus rationes; dehinc (2) adversæ item sententiæ objectiones audituri profligaturiq; (3) denique quænam ipsorum (adversariorum) sit mens, circa hanc voculam, & cur potiùs pro particulâ sive adverbio habere velint eandem, quàm pro nomine, pensiculaturi. De Primò primùm. Prima itaque, quanquam ideo fortasse non palmaria, nobis ratio sit, Authoritas & Consensus communis Interpretum nec non DD. Ebræorum, aliorum, certè qui de ponte ideo non statim dejiciendi sunt, quin potiùs iisdem ut summis, & in suâ arte artificibus, Viris credendum est maximè. Citavimus autem superiùs Autorem Targumi primùm, Syrum porrò, Arabem, LXXII Senes Græcos, Theodotionem, R. Selomonem, R. Dav. Kimchium, Reuchlinum, Münsterum, Pagninum, Vatablum, reliquos ibidem, non parvo numero: quibus hac vice adjungimus quoque Præceptorem nostrum, D. Trostium, b. m. & Cl. Philologo-theologum D. D. Glassium, Philol. S. libr. 3. pag. 28. & 29. item p. 165. Ac in vulgus notum quid. aliàs receptissimam atque communiorem esse hanc & Interpretum & DD. sen-

tentiam. Secundò: Hæc noſtra Vocis forma, ejusdemve inflexio planè non trita ſolùm & communis, ſed regularis quoque eſt, & nihil difficultatis quæ habet, aut quod ſuſpectam eandem reddere poſſit: (ſecus atque altera, uti videbimus) ideoque linguæ ſuæ genium atque analogiam, uti dictum jam, communiaq; præcepta ſequitur; quemadmodum ſuprà in analyſi textus etiam demonſtratum partem: אֲשֶׁר enim, ut ut ſit inuſitatum, quod nihil novi, in ſingulari numero, vel potiùs reperiatur minus ita in Bibliis (contrà quàm vult Avenarius in Lexico) eſt formæ uſitatiſſimæ מֶלֶךְ אֶרֶץ עֶבֶד הֶרֶךְ: pluralis אֲשֵׁרִים item formæ receptæ אַרְזִים / עֲבָדִים: ſtatus conſtructus אַשְׁרֵי formæ אַרְזֵי / עַבְדֵי. Tertiò: quæ diffiteri adverſa nobis pars non utique poteſt, nec contrà facere audet; ſaltem aliud quid, diverſiq; id, obſtare exiſtimat, affixionis ſcil. ſtatum ejus voculæ, & particulas quasdam: uti ſuo loco deinceps audiemus. Quartò: Exempla ejus rei, ſi hæc (ſuperiora) non ſufficiunt fortè, infinita alia produci poſſent: v. gr. אַבְנִים *lapides*, אַבְנֵי in ſtatu conſtr. אַלָפִים *millia*, אַלְפֵי in ſt. conſtr. הֲבָלִים *vanitates*, הַבְלֵי in regim. חֲבָלִים *funes*, חַבְלֵי / חֲדָרִים *conclavia*, חַדְרֵי / חֲסָדִים *miſericordiæ* חַסְדֵי alia, dico, infinita: quæ ut analoga & communiſſima meritò ſequimur igitur, nec cur à viâ regiâ ad avia quædam & particularia ſaltim exempla deflectendum nobis ſit, videmus adhuc, aut prægnantem ſatis cauſſam habemus. [Nota: quæ ab aliis rationes præterea proferuntur, (v. & conf. D. D. Tarnov. b. m. in exercit. ad h. l. pag. m. 763. ſeqq. alios) quod אַשְׁרֵי noſtrum nomen ſit in regimine poſitum, petitæ

à ſeq.

â seq. ה emphatico, defectu literulæ ו subseq: ita subseq: ּוי, diverso positu ejusd. &c. nostras hîc non facimus, atque illis facilè supersedere possumus: videant de hisce potiùs, qui militant iisdem] Quinta nostra ratio: Contrà adversæ partis opinio multis difficultatibus premitur, falsis nititur hypothesibus (ut infrà videbimus mox) & relictà impr. analogiâ illa communi, receptaque, tot exemplis confirmataque, forma, ad particularia quædam exempla (affix. formam hujus vocis, & particulas quasdam paucissimas) deflectit, ut infrà fatiùs, dico, audiemus mox, ac quorum quidem tot vix sunt illa in universum, quot

Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.

Notamus enim vel heîc etiam, & obiter q. statim I. quod tantùm sexies, plus non, status affixionis (quo unico ferè, vel certè palmario argumento hinc petito utuntur, quo nostram sententiam profligare satagunt) ejus nominis אשרי occurrat: (cùm contrâ status constructus occurrit XXXVIII, h. e. trecies & octies insuper in Bibliis) nimir. אַשְׁרֶיךָ bis, Devter. XXXIII, 29. & Psal. CXXVIII, 2. אַשְׁרֶיךָ semel, Eccles. X, 17. אַשְׁרָיו bis, Proverb. XIV, 21. cap. XVI, 20. & אַשְׁרֵיהוּ Proverb. XXIX, 18. Quod enim semel adhuc atque septimo loco occurrit, אַשְׁרֵיכֶם Jes. XXXII, 20. quilibet videt, quod ob accentum heîc descendentem superioribus annumerare minimè possimus, cùm, si necessum aliàs quidem id sit, mutatorum punctorum hîc, אַשְׁרֵים scil. in אַשְׁרֵיכֶם ratio sufficiens sanè dari possit. II. Ita particulæ, cum quibus facere hanc voculam nostram volunt, illasque imitari, vicissim planè sunt paucissimæ, vel tres modò,

quatuor aut quinque: hasce malunt tamen ſequi potius, quàm receptam regiminis ſuprà monſtratamque communiſſimam formam. III. Et hoc addimus: In deſtructione noſtræ veriorisve ſententiæ operoſiùs laborare, qui adverſus nos ſunt, quàm in aſſertione ſuæ, aut formæ voculæ, de quâ in præſentiarum: cùm tamen, ut verbis utar hac vice, accommodando eadem, haud præterq; rem omninò, Jul. Cæſ. Scaligeri, ex Ariſtotele alicunde petitis, ubi res conſtat (conſtat autem nimisq; plena eſt illa, ut hactenus abundè demonſtratum) ſi opinio adverſetur, quærenda ſit ratio ejus rei, non ideo ignoranda eadem, aut majoribus illa difficultatibus involvenda ſuis. Quæ quidem hactenus.

Jam, II. in apricum prodeant, quæſumus, rationes adverſæ partis, ſive objectiones, quibus peſſundare ſententiam noſtram, aut veriùs vocis formam laudatam ſatagunt. Monuimus autem jam ſuperiùs, quòd ipſi fateantur, vel certè negare nequeant, τὸ אַשְׁרֵי noſtrũ' nudè ita conſideratum, extra compoſitionẽ, grammaticè & analogicè ſatis poſſe, & rectè ita formari quoq; juxta formas עַבְרֵי / אַבְנֵי / אַרְזֵי alias plurimas. Quid ergò obſtat, ſodes, quò minus illorum formæ ſit, h. e. Subſtantivum plurale rectum hujusmodi? Non certè formæ analogia, vel abſoluta eadem, nec immò ſyntactica rectionis, quod planum ſatis ex dictis. Obſtat nimirum E. una ſola (huc enim res redit: palmarium argumentum eorundem ἀναπόδειϰτον) Affixionis forma: quia in hac non reperiatur אַשָּׁרֶיךָ / אַשָּׁרֶיהָ / אַשָּׁרָיו vel אַשָּׁרֵיהוּ (ut debebat fieri omninò ἀναλόγως, ſicuti eſt: עַבָדֶיךָ / עַבָדָיו &c. quandoquidem pluralis ſit אַשָּׁרִים formæ

formę עֲבָרִים) ſed אַשְׁרֵיהוּ / אַשְׁרֶיךָ / אַשְׁרֵיו : adeoque hæc, dicunt, (poſterior forma) cùm genuina ſit S. Scripturę, illa verò (prior) ſpuria, in ſtatu ſcil. affixionis, dicto, nomen abſolutum aut rectum etiam tale nullum eſſe poterit אֲשָׁרִים aut אַשְׁרֵי : ſed potiùs id, poſterius, erit particula quædam; de quo tum poſtea. Verùm Reſp. jam I. ex ſuperioribus, en ob paucisſima, ſex, aut verius quatuor, exempla, ubi in ſtatu affixionis reperitur eadem vocula, derogare noſtræ trecies & octies receptę vocis formę, eidemque communisſimę & regulari planè inſuper volunt: In literâ & analogià omninò ſtandum ſemper & tamdiu, donec contrarium evidentior ratio quędam ſuadeat. 2. Ecquid verò hac vice nobis cum formâ affixionis, (quę conſequentia?) quę illa aut qualis, quanta ſit? cujus ratio commodùm quidem aliàs, alio aut ſuo in loco, reddi poterit. Hac vice de τῷ אַשְׁרֵי voculâ nudè & extra compoſitionem ſpectatâ quęſtio eſt, an, quia ſequitur communem & receptam rectorum formam, ejus ſit? 3. Anne propterea, in genere dicendo, forma (quęcunque) formę (cuicunque) derogare aliquid poterit? quę conſequentia, ab hac ad aliam neceſſariô aut ſemper concludere: ut ut non quadrent fortaſſe ſingula; imò planè ideo alteram negare? Quid notius nimirum, quàm Vocabula analogiam ſuam ſequi perſępe, uſitataque eſſe ſatis in hac formà, in aliâ mox, etiam in compoſitione deviare nonnihil, ac diverſi aliquid pati: ex. gr. anne vel ideò genuina minus erit, vel planè non recepta aut in uſu forma nominis בַּיִת *domus*, quia in plur. numero בָּתִּים & in regimine בֵּית? annon אָוֶן, *iniquitas*, quia

in

in reg. עוֹן? אִשָּׁה *uxor*, quia אִשֶּׁת? anne forma אֶרֶץ *terra*, quia in compositione cum He הַיְדִיעָה semper הָאָרֶץ nunq. הָאֶרֶץ? annon nomen divinum אֱלֹהִים, quia scribitur כֵּאלֹהִים / בֵּאלֹהִים? & quę alia possent infinita adferri exempla. 4. Vicissim atque in specie affixionis statum quod concernit, ex. causâ: ecquisnam, quod in statu affixionis reperiatur תּוֹכוֹ *medium ejus*, תֹּכָם &c. & non תֻּכָם &c. prout debebat fortê, velit colligere hinc, quod singulare תָּוֶךְ non sit in usu, aut hæc ejus forma genuina & propria? non מָוֶת *mors*, quia מוֹתוֹ? ita, non פֶּה *os, oris*, quia in statu constr. reperitur פִּי: item in affix. פִּי *os meum*, & פִּיו *os ejus?* Sic quis hinc vellet concludere; quod particulę עַד & עַל (quibus infrà utitur adversa pars in assertione suę sententię) cum pathach scriptę, non sint in usu, quia cum affixis עָדַי / עָדֶיךָ / עָלַי / עָלֶיךָ haud verò עֲדִי / עָדֶיךָ / עֲלִי / עָלֶיךָ & quę perplurima possent adferri alia. Atq; hactenus quidem indirectè respondisse ad objectionem unam hanc solam, aut certe palmariam, nisi insigniter fallor ego, sufficiat adeò. Jam directè: 5. Hoc igitur dicimus nunc, repetitis ex superioribus vicissim quibusdam primùm, ac vel de superfluo: quùm forma hęc vocis nostrę אֲשֶׁרִי, ut ut singularis quidem non sit in usu, aut plur. etiam absolutum (quod nihil novi) radix verbalis tamen, participia item, &c. fatentibus ipsis adversariis, ut semel iterumq; dictum: quùm dico, forma hęc vocis, אַשְׁרֵי, genio lingvę originalis sufficientissimè sit congrua, exemplis itemq; perplurimis, nisi infinitis, sit confirmata; non, dico, turbet nos affixionis status ejus voculę, & pauciſſima insuper ejusdem, sex vel qvatuor,

tuor, exempla; quasi verò hinc necessarium sit omninò statim aliò, ac nescio quidē quorsum, (repudiatà planè formâ Nominis, quasi verò nulla ejus extaret planè) ad particularum, pauciſſimarumq; earundem viciſſim, forum con-vel potius transfugere. Addo: porrò quùm nihil novi sit, ut modò & abundè demonstratū, imò notiſſimum, formam alicujus vocis familiarem esse nunc atque regulariſſimam eandem, in aliâ tamen anomalias saltim quid pati: quid ergò tandem obstabit, aut quid absurdi erit, potiùs dico, quò minùs ideo etiam heîc statuamus (verbo:) affixionis formam in hisce sex vel quatuor exemplis peculiaris quid habere? potiùs formà Nominis syntacticâ, tot statuminatâ exemplis, salvâ sic manente servataque; unâ quidem cum radice ejus verbali, participiis, altero nomine hinc deducto quoque alterius formæ אֲשֶׁר &c. 8. Ac quod res est, vel ejusdem summa, dicimus ergò nunc (V. statim Præcepta gr. nostræ ed. lib. II. p. 156, 7.) quemadmodum nomina quædam amant affixa sibi jungi non in statu absoluto sive etymologico, sed syntactico; ita affixa hæc non in illo (אֲשֶׁרִים) & ipso quidem inusitato aliàs, sed hoc usitato potiùs copulari etiam gestiunt, cum nomine, nimir. nostro hoc, אֲשֶׁרַי: addo insuper cùm idem in statu hoc, ratione significationis, ἐμφάσεως quandam rationem sive vim peculiarem plerumque habeat. Et quid mirum tandem id, si potiùs cum recepto velint jungi, quàm minus tali? Ita ex. gr. affixa non conjunguntur cum formâ absolutâ מַיִם, sed מֵימֵי, non אָוֶן sed אוֹן, non מָוֶת sed מוֹת, non אִשָּׁה sed אֵשֶׁת, non בְּהֵמָה sed בְּהֶמֶת / פֶּה sed פִּי, aliis pluribus. Aut 9. quod tamen

men de ſuperfluo ſolùm additum volumus, ecquid verò abſurdi eſſet, ſi alius quis affirmaret planè, formam nominis inuſitatam, ut fit non rarò, V. & conf ſi placet, Præcepta gr. noſtræ ed. lib.II.pag.157, num.8. heîc in ſex locis iſtis aſſumere affixa ſua ; quid noſtro אַשְׁרֵי, quæſo, commodùm formato ſatis aliàs rectéque igitur decederet hinc? Deniq; 10: Ita quid poſtremùm notiùs, quàm & affixionis ſtatum, in genere vicisſim, ſuos non rarò pati, ut ſic loquar, manes, ſuam peculiarem nonnuſquam ſequi rationem, cùm aliàs, tùm punctorum maximè rationem quod concernit quoque, ut minimè tandem iterum fortaſſe, (ſit enim ita, dato ex hypotheſi, & de ſuperfluo, non conceſſo) minus regulariter punctata etiam ſex vel quatuor illa exempla in ſtatu affixionis poſita turbare nos, aut de ſede ſuâ potius & ab analogiâ communi voculam hanc noſtram אשרי deturbare poſſint. Atq; hæc quidem, quod ad illam palmariam, niſi inſigniter fallor ego, objectionem adverſæ partis. Reliquæ, ſi quæ ſunt fortaſſis, ex dictis facilè corruunt.

III. Proporrò nunc, quænam adverſæ partis mens ſit, atq; fundamenta, circa hanc Voculam audiendum quoq;. Breviter: Dicunt ergò אַשְׁרֵי Particulam eſſe ſive adverbium (molliùs loquuntur alii, qui induiſſe particulæ naturam dicunt: quo de etiam infrà aliquid ſub finem hujus Quæſt.) formæ ſcil. אַחֲרֵי / אַחֲלֵי: idemq; ſignificare porrò, quaſi verò dicas: *ô beatè* (illum) *ô benè*: uti Plautus in Sticho, Act.V. ſc. 4. *benè vos, bene nos, bene te, bene me &c.* ita quidem, ut ſit exclamatio q. rhetorica, animi affectum intimum prophetæ regii indi-

indicans, prorumpentisq; ex abrupto velut in hæc verba, poſtquam ſatis diu vana hominum ſtudia, impiorum ſcil. atq; piorum quoq;, diverſiſſimaq; eadem, expendiſſet. Enimverò non minus piè hæc quidem atque benè, in tantum: extat autem id vocabuli, uti notiſſimum, non uno in hoc loco ſolo, Pſalmo primo, ſed alibi etiam; ac fortasſis idem in ſtatu noſtro (conſtructo) eundem ſenſum atque affectum exprimere aptum eſt: ſed non tam de ſenſu ejus, (de quo res plana eſt) quàm de vocis formà quærere primò noſtrûm h. l. eſt. Fundamenta igitur prodant item ſua, hæc qui dicunt. Nota.: Deſtructiva minimè verò amplius noſtræ ſententiæ atq; hac vice volumus, de quibus nimir. ſufficienter, niſi inſigniter fallor, in præcedentibus actum eſt: ſed καταπλαστικὰ, aſſertiva ſuæ ſententiæ. Τὸ אַשְׁרֵי particula ergó cur eſt ſive adverbium? Et reſpondetur: quia occurrunt hujus formæ dictiunculæ אַחֲלֵי / אַחֲרֵי: addere liceat fortè reliqua ejusd. farinæ quoq; (ſi modò, dico, ſint talia etiam) בִּלְעֲדֵי / עֲדֵי / עֲלֵי Jam, Reſp. I. Quid audio? quæ ratio hæc? quę conſequentia? Cur non quía & datur עַבְדֵי / אַבְנֵי / אַרְזֵי nomen plur. conſtructum ejus ſit formæ regularis planè ejusdemq; inſuper tritiſſimæ? de quo usq; ad nauſeam ferè in ſuperioribus. Cur potius τῶν אַחֲלֵי / אַחֲרֵי unius alteriusque voculæ invariabilis? anne licitum ſit ſatis, ſpretis tot rerum momentis, de quibus ſuprà, ad pauculas hasce dictiunctulas transfugere? Nimirum tam citò hæc, (verbo) quàm adſtruuntur, etiam rejiciuntur. 2. Particulæ hę, allatæ ſuperiùs, omnium conſenſu & ipſæ propter Jod in fine aſſumptum & formam

fortè reliquam ſequuntur rationem nominum conſtructorum potius, quâm ut normæ ſint inſtar cujusdam aliis ipſæ vocabulis. 3. Quid? quod voculæ אַחֲרֵי אַחֲלֵי originaliter non minus ſint (videntur certè) nomina & ipſa, quę deinceps uſu in particulas degenerarunt, ſicuti נֶגֶד *coràm, è regione*, קֶדֶם *ante*, *olim*, *antiquitùs*, alia fortè: quod tam forma vocis utcunque (אַחַר abſolutum, vel quaſi, formę נַעַר f. מֶלֶךְ / אַחֲרֵי conſtruct: ita אַחֲלֵי) quâm ſignificatio ſuadere poterat: illud ſiquidem אַחֲרֵי *poſt*, *poſtea*, cognationem habet, ratione ſignificationis, cum aucto nom. אַחֲרִית *poſteritas*, *poſterius*, *poſtremum*, hoc אַחֲלֵי *utinam*, aliis planè nomen eſt, & vel *preces*, vel *valetudines* aut *vota* veriùs *valetudinis* notat; V. & conf. Avenar. in Lex. Schindl. ibid. 4. Reliquæ voculę בִּלְעֲדֵי / עֲדֵי / עֲלֵי uti ſuprà indigitatum quoq; partem, nonnihil longiùs recedunt (בִּלְעֲדֵי vox compoſita quamplurimis) à noſtri, אֲשֶׁרֵי figuratione: & ſunt ex cenſu reliquarum אֶל / בֵּין / תַּחַת &c. quę licet non ſint formę ſuper. & ipſę tamen æmulę ſunt nominum pluralium conſtructorum, adſcito Jod in fine, notâ multitudinis, impr. cum affixis quando junguntur: ut adeò tandem omnium harum vocularum norma ſint nomina plur. recta, non vice verſâ, aut quaſi verò illæ præſcribant aliis vocabulis juxta aut ſecundum ſeſe formandis: minimè. 5. Nec pręterea, cur noſtrum אשרי ſit formæ indigitatarum particularum, alias percepimus hactenus rationes aut fundamenta in theſi ab adverſariis noſtris: ſi quę enim alia adhuc fortè proferuntur, malè, ut ſuprà conqueſti ſumus ſtatim ſub initium ferè hujus Q. in antitheſi verſantur eadem,

nec

nec probant adeò, quod probare debent; ac facilis est ad omnia ex superioribus responsio.

Postremùm, dabimus tamen adhuc hoc, & quasi de superfluo, non quod ita sit necessum, iis, quibus fortasse ϑέσιν φυλάτ͂τειν lubido est. Si id nempe volunt, אַשְׁרֵי (quod ratione originis & formationis Nomen est, dictis modis) particulæ naturam χρήσει induisse, non κτήσει adverbium esse primò; secundò commodùm ergò, pro hujus impr. vel illius lingvæ genio, immò multô satiùs, adverbialiter posse, debereq́; quin imò reddi, cum nemine litigabimus. Potiusq́; ergò statuemus (ex gratiâ) sic: Plurale hoc nomen vim adverbii habere: (unde Marc. Marin. Gramm. Ebr. p. 163. nomen adverbiale vocat) & exclamando rectè satis quidem efferri: quod à plurimis quoq́; ideo arbitramur observatum saltim, nõ quasi voculam purè invariabilem ipsi voluerint: unde & Theander, B. Lutherus semper vertit, commodùm satis: Wol dem/ ut ut sentiat quidem Idem aliâs plurale nomẽ esse, verbis expressis heîc, Tom. Jen. II. pag. 1. quemadmodum etiam locũ Gen. XXX, 13. בְּאָשְׁרִי *in felicitate mea* eundem in modũ reddit, cum tamen extra controversiã (utrinq́;) extet expressè ibid. alterum nomẽ אֹשֶׁר. Ac sunt sanè talia (aut his affinia certè quędã) reperiunturq́; plurima in singulis Orientalibus, nec non occiduo magis receptis orbi lingvis. Ex: caussâ; נֶגֶד *coram, è regione,* קֶדֶם *ante, olim, antiquitus* suprâ citata, sic אֱמֶת / אֲמָנָה / אָמֵן *verè, certè, omninò.* Ita nomina tàm in etymologicâ quàm syntacticâ formâ sæpe adverbiascunt, uti notissimum est: בֶּטַח *confidenter*, Gen. XXXIV, 25. רַבַּת *multum*, Psal. LX, 10 מֵישָׁרִים *rectissimè*, Ps. LXXV, 3. Sic apud

Chaldæos: יְתִירָאָה *excellenter*, Dan. III, 22 קַדְמַת *antehac*, cap. VI, 10. Syros: אַחֲרַיִת *postremò*, Matth. XX, 37. קַדְמַיִת *primùm*, Actor. XI, 26. Arab: גַּדְוָא *cras*, אַלְיוֹמָא *hodie*, חַכִּימַנְיָא *sapienter*. Hujusmodi etiam sunt apud Græcos, παῤῥησίᾳ *liberè, palam, apertè*, Marc. VIII, 32, alibi sæpe: κοινῇ, *communiter*, ωδῇ *celeriter*, καλὸν, pulchrè, ἡδὺ, *suaviter*, τλὼ δεχλὼ *omninò, prorsus*: apud Latinos: *recens* natus, pro recenter, *torvum* videt, pro torvè, *horrendum* clamat, pro horridè, *magnum, multum, parum, pax, insveta, infanda*, &c.

Quæstio III.

An quia Vates Virum heîc exprimat deprædicetq;, mulieres ideò excludantur?

Resp. Negativam probavimus jam superiùs in analysi textus: addimus hac vice: I. non rarò enim τὸ אִישׁ collectivè sumitur pro *Homine*, sive sexu utroq;: v. gr. Exod. XIX, 13. *sive jumentum, sive* אִישׁ Targum: אֱנָשָׁא LXX: ἀνθρωπος. Hos. XI, 9. *quia Deus ego sum, & non* אִישׁ homo, Targ: בִּסְרָא caro. Huc refer locum Genes. II, 24. *relinquet* אִישׁ homo *patrem suum & matrem suam*: LXX: ἀνθρωπος vicissim. II. Distributivè etiam pro *quisquis, quilibet, quidam*: Jes. XXXVI, 16. *& edite* אִישׁ quilibet *vitem suam*: LXX: ἕκας. Levit. XX, 2. אִישׁ אִישׁ *vir, vir*, i. e. quicunque *de filiis Israel*: ὁι Ο: ἐαν τις. III. Immò inanimatis adscribitur (quid mirum igitur si utriq; sexui?) annotante R. D. Kimchio in lib. rad. V. Exod. XXV, 20: *& facies eorum* (locus est de Cherubinis scul-

ſculptilibus) אִישׁ אֶל אָחִיו, daß eines iedlichen antlitz gegen den andern ſtehe/Luch. IV. Quod hoc loco per τὸ אִישׁ alibi non rarò per אָדָם אַשְׁרֵי Pſal. XXXII 2. LXXXIV, 6 & 13. אַשְׁרֵי אֱנוֹשׁ Job. V, 17 Jeſ. LVI, 2. exprimitur. Unde V. Baſilius M. in h.l. â naturâ ſive eſſentiâ Viri & fœminæ eadem ad operationem eandem argumentatur, & ab hac vicisſim ad mercedem ſive præmimium idem. V. Illum, quemadmodum etiam Ambroſ. in h.l. & conf. Gal. III, 28. 1. Petr. III, 7.

Quæſtio IV.

יוֹמָם *adverbium, an Nomen ſit?*

Reſp. *Indies, interdiu* adverbialiter plurimi Lexicographorum & Interpretum reddere ſolent. Nec repugnamus valde. Cæterùm an ideo fortaſſe ratione formæ adverbium erit? Hoc an omnes æquè velint, dubitamus: quod non arbitramur. Nomen originis ratione ſuæ nobis eſt: (quanquam cùm nemine ideo acriùs litigabimus: quum notum ſit ſanè, ם in fine, quod tamen oppidò certè raro occurrit nonnunquam formare etiam Adverbia: ut אָמְנָם & אֱמֶת *verè, reverà, omninò*, ab אמן/ חִנָּם *gratis*, â חנן) Nomen, dico, nobis eſt: vel ultimâ rad. geminatâ, vel ם heemanthi appoſito ſervili: paragogicum enim eſſe lingvæ genius non admittit. Quod ſi ergô poſterius, ut velle videtur Schindlerus in Lexico, ex Kal (quorſum referimus meritò יום abſolutum) Conjugatione primâ τὸ יוֹמָם erit, formæ סֶלַע â themate ſuo סֶלַע *petra*, (niſi ſit ם planè radicale h.l.) *bombyx* ſive *locuſtæ*

Verſ. II.

ſpe-

ſpecies, גָּזָם *eruca,* (ſi Aben Eſræ credimus, qui à גָּזַז *tondendo, abradendo* deducit) vel פְּרִיִם *redemptio,* שְׁלִשׁוֹם *nudius tertius.* Quod ſi verò prius, quæ probabilior nobis videtur ſententia, & quæ forma ad Piel ingraveſcentem refertur Conjugationem, formæ erit לוֹעֵג *irriſor,* שׁוֹרֵר *inimicus* (mediâ radicali Vau, ut in יוֹם) aut רַעֲנָן *viridis,* שַׁאֲנָן *tranquillus,* אַרְמֹנִי *rufus, ſubrubidus;* tertiâ radicali, h.loco ם, repetitâ. Cæterùm Nomen credideri-mus faciliùs id eſſe: 1. dictis de cauſis; quia ejus for-mæ non pauca occurrunt. 2. quia connubiale fere per-petuò ſibi habet לַיְלָה, & ipſum nomen. 3. Con-ſtruitur cum præpoſitione ב *In,* Nehem. IX, 19. non ob-ſtante hujus pleonaſmo, non infrequenti quidem alias. 4. & imprimis, quia in ſtatu regiminis ponitur, Jerem. XXXI, 35. & cap. *XXXIII,* 25. Ubi, quod loco poſteriore ponitur בְּרִיתִי יוֹמָם exponitur per בְּרִיתִי הַיּוֹם verſ. 20. & ibidem ſtatim ſequitur 5. in ſtatu convenientiæ cum Verbo Subſtantivo הֱיוֹת יוֹמָם וָלָיְלָה *ut non ſit dies & nox.* Tandem hęc qui nolit ſingula: Nomen eidem ad-verbiale vocabitur.

Quæſtio V.

Mem in fine geminatum in יוֹמָם *quid notet: an* continuationem, *an verò in ſpecie & no-tanter eo innuatur* dies arti-ficialis?

Reſp. Avenarius certè in Lexico; ita Henr. Mol-lerus in comment. heîc, alii *Continuationem dierum* hinc inferunt: quam quidem nos ſuprà adjudicavimus phra-

phrasi integræ יוֹמָם יָלִילָה. Ac certissimus aliàs quidem Canon est Ebræorum: כָּל־כֶּפֶל לְחִזּוּק הָעִנְיָן *omnis duplicatio est ad roborandam significationem:* vel ut R. D. Kimchi in Psalm. III, 3. כל כפל חוספת לכפל ענין *omnis duplicatio vocis facit ad duplicationem rei:* quod plurimis exemplis probari poterat, ac probatum dedimus in Diatribâ nostrâ de divino Nomine Elohim, Quæst. V. §. 21. Hoc loco notentur circa vocem, de quâ impræsentiarum, hæc saltem seqq: ita יום יום repetita, Gen. *XXXIX*, 10. Psal. *LXI*, ult. & יום וְיוֹם Esther. II, 11. יום בְּיוֹם Esdr. VI, 9. 1. Sam. *XVIII*, 10. auxesin quandam inferunt & continuationem dierum. Cæterùm an ejus Canonis, ac major quidem, in nostro exemplo etiam vis sit, judicent alii: certè, quicquid hujus sit, contrarium loca suadere poterant: Jud. VI, 27. Numer. *IX*, 21. 2. Sam. *XXI*, 10. Id, quæ Eliæ Levitæ observatio adscribitur, (conf. Drus. in Job. V, 14.) arridet potiùs ergò nobis, quod *Dies artificialis*, quamdiu nimir. Sol supra horizontem est, naturali contradistinctus, notanter imprimis hac voce, per ם scriptâ geminatum, insinuetur: cùm יום nudum variè contrà significet: יוֹם יוֹם v. duplicatum potius continuationem talem notet: conf. omninò loca superiùs adducta, ac quæ item supra circa hanc vocem commate secundo annotata sunt pag. 31. seq. Nec desunt, nostram quæ fortasse thesin sufficienti exemplorum inductione demonstrare possent, loca. Vide saltim: Exod. *XIII*, 21. 2. Sam. *XXI*, 10. Jes. *XXI*, 8. cap. *LX*, 11. NB. Ezech. *XII*, 3. 4. & 7.

Quæstio VI.

יוֹמָם *an ſemper, quod aſſeritur à non-nemine, conjunctum cum* לַיְלָה *vel* לַיִל שׁוֹ *reperiatur, niſi in uno ſaltim loco,* Ezech. XXX, 16?

Reſp. Quod negamus: freti locis ſeqq: Num. *X*,34. Job. *XXIV*, 16. Pſalm. *XIII*,3. Jeſ. *IV*, ult. cap. *LX*,19. Ezech. XII, 3.4.&7. In eo ſanè igitur heîc bonus dormitat Homerus. Is verò Elias Levita eſt.

Quæstio VII.

פְּלָגִים *vel* פַּלְגֵי rivuli, *in numero multitudinis an pro* uno *aliquo rivulorum incerto heic ponatur: vel an* utrumq; latus, *utramq; ripam fluenti juxta nonnullos denotet: vel* aliud quid?

Verſ. III. Reſp. Ita, quod ad primum, ſecutus Aben Eſram CL. Buxtorfius, in theſ. lib. II. cap. 4. pag. m. 46. Dn. Glaſſius, Phil. S. lib. III. tract. I. can. 27. (nec non quondam B. Troſtius, Præceptor noſter honor.) reddunt: nimir. per על אחד פלגי מים, *juxta unum aliquem rivorum*; ut ſtatuatur adeò ellipſis adjectivi diſtributivi אֶחָד vel אַחַת, & qualem reperiri nonnunq. in Codice S. citatis locis evincunt laudati Scriptores: nec inficias iverit facilè quisquam: V. & conf. ſaltim Geneſ. XIX, 29. *in evertendo urbes, in quibus habitabat Loth*, h. e. in quarum unâ. Sic Jud. XII, 7. *& ſepultus eſt (Jiphtach) in urbibus Gilead*, i. e. in aliquâ urbium: atq; intelligunt adeò, uti ex parte jam dictum, ſub plurali hoc quoq; numero unum incer-

certum aliquem (τὸν δεῖνα Græci ceu loquuntur) ex pluribus, *juxta unum* q. d. *aliquem rivorum*. Vicissim alii sunt, qui de utroq; latere, עַל פְּלָגִים *ad utramque ripam fluvii* vel *rivuli* q. d. intelligunt: quemadmodum Ezech. XLVII, 12. dicitur: מִזֶּה וּמִזֶּה *hinc & inde*, ex utraque parte q. d. *juxta torrentem ascendet arbor*. Probant etiam hanc phrasin, latus nempe utrumque, inferre quandoque pluralem numerum; adductis locis Genes. XXVII, 16. cap. XXXIII, 4. XLV, 14. XLVI, 29. quem in modum immò locum Gen. II, 21. de costâ ex Adami latere, minimè uno, sed utroque desumptâ interpretari licebit, ut ne vexata amplius quæstione circa anatomen corporis humani opus sit, de numero costarum in lateribus primi hominis, Adami, vel etiam hodie Viri. Cæterum pace magni nominis Auctorum horum, quicunq; sunt, sicuti neutram sententiam acriùs impugnamus, quin potius in medio easdem relinquimus, de nostro atque fortasse probabiliorem, hanc producimus ergò tertiam insuper: quod numero plurali heîc (nec sine caussa fortassis, & sub propria sua significatione, adhibito) sensim via sternatur copiæ atque abundantiæ aquarum indigitandæ. Nec enim 1. tantùm ratione originis suæ τὸ פְּלָגִים *divisiones aquarum*, notat propriè, à rad. פלג *divisit*, varias q. d. earundem διεξόδους, adeoque multitudinem, uti supra monstratum circa comma tertium, pag. 40. Atque 2. in plurali fere, extra locum Ps. LXV, 10. ubi singularis occurrit, tantùm, fortè ideo, reperire idem est. Sed 3. hoc in loco nostro, extra controversiam aliàs aquæ notantur multæ; quas adjudicavimus quidem suprà phrasi integræ מים פלגי, non insuper habito

bito tamen ipso & absoluto פלגים V. illic. Ut adeò juxta sententiam priorem & alteram, suprà, non nobis arbor heîc intelligatur plantata juxta unum aliquem incertum rivulorum, aut etiam ad utramque ejus ripam, (quod tamen item de unâ numero arbore dici nequit) sed inter decursus seu διεξόδους eorundem varias, intra loca s. spatia passim irrigua, verbo, multas & copiosas aquas. 4. Notissimum quoque est, alioqui Scripturam S. quando cùm aliunde, tùm verò atque præsertim ab aquis, aut earund. affinibus, desumptâ similitudine copiam & abundantiam donorum divinorum (qualia intelligenda maximè heîc loci esse, Verbum nempe Dei & Sacramenta, item superiùs edisseruimus) depingere solet, semper fere multitudinis numero uti. Conf. Jes. XII, 3. cap. XLI, 18. XLIV, 3. XLIX, 10., LV, 1. Ezech. XXXVI, 25. Zach. XIV, 8. Joh. VII, 38. &c.

Quæstio VIII.

מַיִם *quale Nomen sit?*

Resp. De hac Voce duo impr. hęc quęri poterant: 1. ratione originis an primitivum sit, & quale? 2. cujus numeri, vel an Duale sit? Ad primum respondemus: sic: & formæ quidem est יָפֶה *pulcher*, in plurali, abjecto ה pro more, יָפִים. Sic etiam, licet inusitatus sit singularis hodie in lingua originali, quod nihil novi, vel potiùs minus reperiatur ita in Bibliis, מָיָה *aqua*: quod cùm ex linguis cognatis aliis, ubi secunda radicalis Jod est, Chaldæo מַיָּא & מַיָן, item מוי & מויָי, ac Syro ܡܰܝ̈ܳܐ, tùm verò atque præcipuè ex ditissima omnium Arabica lin-

lingua patet, in quâ ſcil. in ſingulari item in uſu planè eſt מַאמִין aqua, ex מַיִם, תת Je vel Jod ſcil. progenio hujus lingvę mutato in Elif, & in plurali viciſſim per Je vel Jod מַיִם, מֵימֵין. Ultima radicalis hîc eſt Elif (vel Hamza) pro ה in originali, per μετωβο λὴν Orienti receptiſſimam: quanquam ſub aliâ formâ NB. reperiatur immò retentis omnibus tribus literis radicalibus nomen מַיְחוֹן puteus, vel aqua metonymicè, atque radix ipſa verbalis מָאָה ex genio linguę, pro מָיַם aquam habuit, vel ſcatuit eadem.

Ad Secundum reſpondemus: Duale eſt: forma enim regularis eſſet מָיַמִים: abjecto verò ה pro more cum pręcedente vocali, מָיִם & per ſpecialem planè heîc anomaliam Jod ſecundà radicali item abjecta, & puncto ejus pro genio lingvæ iterùm rejecto ad præcedentem מַיִם. Volunt autem duplices ideo vel maximè originaliter ſignificare aquas, de quibus Geneſ I. verſ 6. & 7. ſuperiores nimir. & inferiores: aliàs communiter quascunque denotat: diluvii, Gen. VII, 10. Iordanis, Joſ. V, 1. uſuales, 2. Reg. III, 11. Jeſ. III, 1. &c. Ac jungitur aliquando etiam Verbo ſingulari, Gen. IX, 15 Lev. XI, 38. Conſtructum eſt, commune & analogum quidem מֵי, ſingulare & conduplicatum verò מֵימֵי, ac quod pronomina truncata impr. ſibi jungi unicè amant.

Quæſtio IX.

An, & qualis ſit differentia inter radices עשה *&* פעל?

Resp. B. Gesnerus certê ex mente D. Lutheri in h.l. accuratê distinguit inter עשׂה *facere* seu *operari*, & פעל *agere*: quorum hoc Græcorum πραγμάτευ, illud ποιεῖν respondeat: in sensu verò philosophico id quidem (פעל seu πραγμάτευ) actionem, quæ in se ipsà absolvitur, nec post se aliquid relinquit operis, quales sunt virtutes ethicæ; hoc autem (עשׂה vel ποιεῖν) quæ ἔργον, opus aliquod post se se relinquit, quale v.gr. carmen pöetę, hymnus musici, domus architecti &c. denotet. Et per עשׂה יי h.l. Bona opera intelligit Pij, ac eo quidem vicissim notanter & in specie quæ in statu suo aut officio quisquis, ad quod divinitus vocatus est, exercet; verbo: officij munia sive functiones. Ac sanè, (quibusdam tamen exceptis locis, verum est, fateamur quidem, ubi τὸ פעל etiam Operibus DEI, quæ ad extrà vulgò vocantur v.g. Psal. XLIV, 2 XLVI, 9. LXVI, 5. alijs fortè; & vicissim τὸ עשׂה, ac in statu quidē cōveniētiæ cum nominibus nonnullis, ut: facere judicium, virtutem, justitiam, misericordiam, malum, voluntatem, præceptum, ex.c. Genes. XXIV, 49. Lev. V, 17. Psal. IX, 5 aliis quibusdam fortè item locis: conf. Flac. in Cl.V. *facere*, item *misericordia, veritas*: actionibus virtuosis vel malis adscribitur) si Concordantias adeas, rem ita fere se habere exemplorum inductio evincet. Unde propriè τὸ עשׂה non tantum ἔργον s. actionem talem, quæ opus aliquod post se relinquit, uti suprà jam dictum, sed etiam perfectionem eiusdem seu complementum vel actum q. circa idem completum simul, h e. con- vel *perficere* denotat. Quod vel Gradatio in uno saltim loco Jes. *XLIII*, comm. 7. satis fortasse demonstrare poterat: *Omnis qui vocatur in nomine meo & ad gloriā meā,* בְּרָאתִיו

בְּרָאתִיו *creavi eum,* יְצַרְתִּיו *formavi eum,* (notetur heic obiter q.ſtatim etiam differentia horum trium Verborum) אַף־עֲשִׂיתִיו *etiam feci eum.* Ubi τὸ בָּרָא denotat propriè: *produxit alquid ad τὸ eſſe,* creandoillud: יָצַר *formavit, effinxit,* formã eidem inducẽdo, rem in formà ſuà conſtituendo: עָשָׂה verò *ultimam eidem q. manum admovit, perfecit,* expoliendo idem, diſponendo &c.

Quæſtio X.

Circa Vocabulum תְּדַפְּנוּ *quæ impr. notanda ſint?*

Reſp. De hoc ſuperiùs in analyſi textus dicendi quidem locus fortaſſis erat commodior. Cæterum, ejus quicquid ſit, ſunt purè grammaticalia, quæ de eodem modò etiam monita volumus. 1. Nun radicis prima (נדף enim eadem eſt, *diſpulit, diſperſit*) abjecta eſt pro more, compenſataq; per punctum ventrale aggravans, forte Dageſch quod vocant. 2. Affixum Vau-cholem in fine verbo additum hoc loco quieſcit præter morem in Schurek, ac id propter Nun epentheticum quidem; de quo mox: ex quo 3. diſpaleſcit, dèfectivè h.e. absq; ſuo proprio, nudoq; illo, fulcro nonnunquam item ſcribi τὸ Schurek, ſicuti Cholem: quemadmodum alibi non rarò id fit quoq;: ut circa Vau copulam ante בומף & ſchevatam literam: v. gr. in וּרְבוּ וּמִלְאוּ Gen. 1, 22. Sic in Verbis quieſcentibus primà rad. Jod in formà Hophal, & nominibus hinc derivatis, ut: הוּרַד *deductus eſt,* מוּסָר *eruditio*: item in nominibus formæ שְׂחוּ *natatio*, & alibi fortè nonnunquam. 4. Nun epentheticum & quidem dageſſatum cum præcedente (·) inſeritur in hac forma,

Verſ. IV.

mâ, inter Verbum nempe futuri temporis & affixum: unde exsurgit tandem תִּרְפָּנִי.

Quæstio XI.

Quænam sit communis, aut certè receptior sententia Iudæorum cùm veterum, tùm v. atq; impr. recentiorum de resurrectione impiorum in die novissimo?

Vers. V. Resp. Ansâ datâ nobis superiùs circa Vocabulum יקמו, quod LXX & Vulgata reddunt: non *resurgent*, scil. Impii in judicio, ad Quæstionem de resurrectione Impiorum in die novissimo, quæ à pluribus olim mota, hodieque movetur adhuc: *an communem* nimir. *cum piis quidem habituri sint ἀνάστασιν tunc, an verò minus?* quæ de hac communis, aut certè receptor sit fortasse sententia cùm veterum tùm vero atque impr. recentiorum Judæorum h. l. paucis investigare animus certè erat. Ac Veterum quæ mens fuerit hac de re, ut ne operosiores vel prolixi frustra heîc simus, (vel certè de resurr. mortuorum in genere) & Zaducæorum atque Pharisæorum etiam, immò D. Pauli ipsius, alios ut taceam hîc, ex colloquio illorum cum Servatore nostro sæpiusculè habito: Matth. XXII, comm. 23. seqq. & 34. Marc. XII, 18. seqq. & 28. Luc. XX, 27. nec non actionibus D. Pauli cum utrisque: V Actuum cap. XXIII, comm. 6. 7. 8. seq. cap. XXIV, 15. & 21. liquidò vel apparet. Conf. interim, si placet, & Joseph. antiq. Jud. libr. XVIII. cap. 2. pag. m. 290. Iren. lib. IV. cap. 11. Tertull. de præscr. cap. 45. Epiphan. hæres. 14. Hieron. in Dial. adv. Luceferian. p. 146. cit. B.

Ger-

Gerhardo Tom. LL. VIII, tr. 2. §. 37. Cæterùm recentiorum nunc, quæ imprimis mens? Jam verò animum heîc deſpondemus modò. Certi enim, ut ſuprà dictum, proferre aliquid, vel ſaltem receptam magis aut communiorem ſententiam circa quæſitum hoc idem erat quidem, ac tentatum idem; ſed fruſtra viciſſim: quemadmodum in ſimili aliis ante nos id ipſum contigit. Affirmantibus ſcil. aliis quidem, viciſſim negantibus aliis, nonnullis ita obſcurè loquentibus vel dubitativè, ut quid velint ferè neſcias. Quod nec mirum fortaſſe videri poterat: ſi ſuperiorem ætatem reſpicias, longè diverſiſſimasque ſententias Zaducæorum, Phariſæorum Eſſæorumque, de quibus partem ſuprà modò, circa id quæſiti, quorumque placitis, prout ferunt circumſtantiæ rerum, hodieque procul dubio omni alii aliique ex recentioribus Judæis ſunt addicti magis magisque. Quicquid tamen ſit ejus, lege promiſſi, unum alterumque nihilominus audiemus eorum, quæ facere huc utcunque videri poterant, cùm pro affirmativâ, tùm negativâ hujus quæſtionis; idque eò paucioribus etiam, quo magis è longinquo q. (uti ſuprà modò etiam dictum) proſpicimus futurum, ut intentione fruſtremur noſtrâ: adde, quod partem, niſi ex profeſſo, ab aliis item ventilata ipſa quæſtio hæc jam ſit: V. omninò CL. Buxtorf. Hagog. Jud. cap. I. pag. 22. & ſeqq. D. Helvic. diſpp. Giſſ. Tom. IV. diſp. 6. ſive Elencho Judæor. III, membr. 2. theſ. 19. & 20. pag. 140. & 141. B. Gerhard. T. LL. VIII, tr. 2. de reſurr. mort §. 100. (qui κατὰ πόδα ſequitur fere laudatum D. Helvicum.) Brochmann. Syſt. Th. T. II. art. XXVII. cap. 2. quæſt. 3. D. D. Müller. Judaiſm. lib. I.

cap.XXII. circa fin.p. 939: adi & R. Menaſſe ben Iſrael in de reſurr.mort.lib.II. cap.8. & 9. & ex parte Sixt. Amam. Antibarb.Bibl.lib. III.circa finem, p. 966. ſeqq. quorum quidem lecturi veſtigia poſt meſſem q. ſpicilegium inſtituturi ſumus quoddam. Jam, I. pro Negativâ hujus Quæſtionis facere videntur hæc quæ ſequuntur: 1. Talmud ipſum, Corpus doctrinæ q. quoddam quod eſt & formula ſolemnis ingens Judæorũ. Ita enim, (ut non dicam, in libris Taanith & Sanhedrin, ſolis adjudicari juſtis reſurrectionem de mortuis; ex quo facilis ſubſumptio, vi oppoſitionis cujusdam, de impiis eſt:) certè vel ipſe cenſet, ut ne deſtituamur teſte idoneo, R. D. Kimchi ad Pſal. CIV, 30. hisce verbis: ואם תהיה תחיית המתים לכל אדם זה מחלקת בין חכמינו ורוב סוגיית התלמוד הוא כי תחיית המתים לצדיקים ולא לרשעים id eſt, *an futura ſit reſurrectio mortuorum omnium hominum, controvertitur inter ſapientes noſtros: at ſtylus ſive curſus talmudicus huc inclinat, quod reſurrectio mortuorum futura ſit tantùm juſtorum, non verò improborum.* Quanquam, ut ſuprà partem monuimus circa analyſin textus, ipſum Kimchiũ etiam quod ad hunc locum excuſare & in veriorem ſententiam (affirmativam) trahere velit Sixt. Amama, Antibarb. B. circa finem p. 973. ſeq. Enimverò verba ſatis ſunt clara Kimchii, ut verbo minimè opus ſit. Jam verò 2. ſtylo atque curſui Talmudico, ut loquitur Kimchius, ſeſe attemperat item id πολυθρύλλητον ſanè Talmudiſtarum, quod & citatur allegato loco ab ipſo Sixtino pag. 971. *non eſſe* תְּחִיַּת הַמֵּתִים i.e. *reſurrectionem mortuorum, niſi juſtorum duntaxat*: non neſciis quidem nobis, quomodo reſtringere id vocabuli

תְּחִיָּה

תְּחִיַּת studeant quidã. Porrò 3. habetur & aliud antiquorum (Judæorum) uti laudat id citatque & ipsum R. Menasse ben Israel de resurr. mort. lib. II. c. 8. p. 177. testimonium, quod profertur in hunc ab ipsis modum: גבורת גשמים לצדיקים ולרשעים אבל תחיית המתים לצדיקים בלבד: *Pluviæ beneficium commune est probis & improbis: sed resurrectio mortuorum duntaxat justorum est.* Quod ut quidem etiam elidere pag. 182. Menasse velit ita, ut dicat, eo doceri differentiam modò inter pluviam & resurrectionem mortuorum, vel hujus & illius beneficium: attamen hoc ecquis credat facilè? ac sanè adscribitur in posterioribus verbis absolutè & sine restrictione piis s. justis tantùm resurrectio de mortuis. Jam 4. paria habentur in libro Abhkath rochel (*Pulvis aromatarius* q.d.) part. 2. Ac licet quidē in locis hisce (allegatis) maximè de impiis ex Judæis sermo sit, id de גוים h. e. gentilibus certè multò magis tamen erit subsumendum. 5. In specie R. Sehadiam Gaon, R. Mosen Gerundensem & R. Dav. Kimchium ipse citat, nominenus quidem, hodie R. Menasse ben Israël, in de resurr. mort. lib. II. cap. 8. ab initio statim. Locum Sehadiæ in Dan. XII, 2. ut compendio heic utar, vid. apud Buxtorf. in Synag. Jud. cap. I. p. 25. R. verò Dav. Kimchii in ipsum hunc Psalmum, (conf. & Jes. XXVI, 14.) & in specie locum nostrum, h. e. comma 5. verba hæc sunt: הרשעים לא תהיה להם תקומה אלא תאבד נפשם עם גופם ביום המיתה: h. e. *impiis non erit resurrectio, sed peribit anima ipsorum cum corpore ipsorum in die mortis.* Quæ quidem quomodo explicare & in meliorem sensum, h. e. affirmativam, trahere allaboret (V. & Lorin. & Ge-

nebrard. in h.l.) CL. Sixt. Amama., Antibarbari Bibl. p.700. & in peculiari epistolà ad Joh. Coccejum scriptà, eidemque subnexâ pag.966.seqq. vide omninò ibidem. At verò, ut CL. Viro, digniorique vitâ longiori, hac vice atque hactenus assensum nostrum præberemus, obtinere à nobis nondum quivimus: ut ut etiam fortasse vocabula יקומו & תקימה, ceu vult idem, in significatione subsistendi sumamus; certè enim nihilominus negat τὸν Δαιμονίων impiarum animarum post mortem hanc unà quidem cum corporibus earundem expressis verbis R. David: non id diffitente Sixtino pag. 968. lin. 20: quanquam quomodo sibi Vir CL. pag. seq. non contradicat haud videmus, aut planè nihil nos videmus, eundemque non satis intelligimus: denique quid velit item, aut efficiat valde distinctione illâ inter negatam resurrectionem mortuorum & Δαιμονίων τῆς ψυχῆς, pag. impr. 971. haud quoque percipimus satis: non enim heîc de Δαιμονῆ τῆς ψυχῆς post mortem, vel hanc vitam, quæstio est, sed de resurrectione improborum in quantum ad animam & corpus simul, h.e. integrum hominem, an hîc (impius etiam) scil. in die novissimo ad judicium, & consequenter pro meritis ad sustinendas pœnas, resurrecturus sit. Enimverò ex diverticulo hoc in viam regredimur vicissim. 6. Porrò idem statuit & R. Aben Esra ad hunc locum nostrum, nec non Dan. XII,2. ubi expressè distingvit, quanquam ex mente quidem R. Haggaon, inter eos, יקיצו ושלא שיקיצו *qui evigilabunt, & qui non evigilabunt.* 7. Paria fere & habet Rabbi Bechai, in libr. כר הקמח *Cadus farinæ* q. d. quando Israëli quatuor speciales dignitates attribuit,

quas

quas gentilibus denegaverit Deus: ſcil. terram Canaan, legem, prophetiam & denique תחיית המתים *vivificationem mortuorum:* Verba ejus V. apud CL. Buxtorf. Synag. Jud. cap. I, p. 22. ſeq. ex quibus ſequitur omninò: גויים quos vocant, vel ut ipſe loquitur: אומות העולם gentiles nullos, ut extra Eccleſiam Israëliticam poſitos, tanquam infideles & impios, reſurrecturos: quod & confirmat dicto Jeſ. XXVI, 14. *mortui non reviviſcent, qui obierunt non reſurgent &c.* Poſtremùm, dicta hactenus confirmare inſuper poterat Catalogus quorundam, in ſpecie qui denominantur hinc & inde à Dd. Judæorum, quibus ut impiis expreſſè denegatur reſurrectionis à mortuis miraculum: ex. gr. (1) Ii, qui in diluvio perierunt: juxta illud, quod in Midras Soher tob legitur: דור המבול אין להם חלק לעולם הבא: *Generatio diluvii non erit particeps futuri ſeculi:* quod citante Menaſſe alleg. loco pag. 178. confirmatur quoque in Sanhedrin & Breſchith rabba: & clariùs in Pirque R. Eliezer: his verbis: כל המתים עולים להחיות המתים חוץ מדור המבול i. e. *omnes defuncti reſurgent die reſurrectionis mortuorum, exceptâ generatione diluvii.* (2) Sodomitæ & Corazitæ, & id genus alii: in ſpecie viciſſim; Jaroboam, Achabus, Menaſſe, Bileam, Doeg, Achitophel, Gechaſi: juxta illud vetus: שלשה מלכים וארבעה הדיוטות אין להם חלק לעולם הבא: h. e. *tres ſunt Reges & quatuor Idiotæ, quibus non erit pars in futuro ſeculo.* V. Medraſch megilla & lib. Sanhedr. cit. CL. Buxtorf. in Lex. Ch. Talm. & Rabb. V. הדי, pag. 595. conf. & Menaſſe ſæpiùs cit. l. pag. 184. non neſciis quidem viciſſim nobis, quomodo illa verba, cùm heîc tum alibi,

אין להם חלק *non erit his pars in venturo ſeculo* reſtringere amet ben Iſräel, is ipſe citatus quidem modò. Quibus ab aliis annumerantur item tres ordines eorum, qui primò negant eſſe Deum; ſecundò, qui negant Legem (Moſaicam) eſſe divinam, ſive eidem divinitatem derogant; tertiò, qui non credunt hunc ipſum de reſurrectione mortuorum fidei bonæ articulum.

(3.) Huc refer item fortè Intermedii generis homines quosdam, nempe inter pios & impios, vel qui rectiſſimè & peſſimè, uti loquitur vicisſim Menaſſe ben Israel cit. l. p. 179. vixerunt; quæ eſt ſententia quidem cujud. R. Hasday Creſcas, in libro Or a-ſem; quæ tamen ejus opinio, quia non convenit cum textu (talmudico) Ros a-ſana, de triplice claſſe hominum reſuſcitandorum quondam, qui & ipſe citatur integer à Menaſſe p. 178. & impr. 232. (conf. & Buxtorf. in Synag. Jud. cap. I. pag. 23. & ſeq.) non concordat præprimis, minus placet, rejicitur-que rectè ab eodem, pag. 180. Hactenus illa.

Nunc II. pro Affirmativà tamen hujus Quæſtionis faciunt vicisſim hæc ſeqq: 1. Talmud iterûm loco cit. modò: in lib. ראש השנה, *Initium anni*, cap. I. & hîc & alibi ſibi contradicens ſæpiùs, quando triplex genus hominum, ceu modò ejus mentio facta qualiscunque, conſtituit, reſurrecturi qui ſint & judicandi: nimirum: 1. Pii, ſalvandi, 2. Impii, iidemque damnandi. 3. Medii, purgandi primùm per ignem, hinc mox prioribus annumerandi. Verba textus V. apud CL. Buxtorfium & Menaſſen, locis ſuperiùs citatis. 2. In פרקי אבות, *Capitulis Patrum*, ſub nomine R. Elhazar à Kafar cit.

Me-

Menaſſe, iterùm de reſurr. mort. lib. 2. cap. 9. pag. 185. ejus quid extat : היולדים למות והמתים להחיות והחיים ליודע: *Qui nati ſunt, ut moriantur : qui mortui ſunt, ut reviviſcant ; qui vivunt ut judicentur.* Ecce Orationem generalem, infit & addit ipſe Menaſſe cit. l. qu omnes in univerſum comprehenduntur homines, (impii, pii) ita ut ne ullus quidem excludatur. 3. Haud abſimilia his haberi, in Pirque R. Eliezer, item in Targum Jeroſolymitano, Cant. VIII, 5. ab aliis demonſtratur, queis quidem nos ſuperſedemus h. l. adducendis. 4. Et hoc addimus adhuc: Principium reſurrectionis mortuorum communiter ac vulgò ſtatuitur à Judæis (quà en fabulà etiam faſcinatus eſt hodie adhuc Menaſſe ben Iſraël ſæpiuſculè citatus, in tractatu ſuo, de reſurr. mort. lib. II. cap. 16. planè ſub fin. p. 209.) Officulum aliquod in ſpinà dorſi humani, quod nunquam putreſcat, etiamſi per multa annorum millia in terrà jacuerit; quod rore, inſtar lactis emollietur quondam, & deinde ſicut caſeus coagulabitur, ut inde fiat totũ atq; integrum corpus humanum. Verba ipſiſſima Menaſſe. En fabula. Hoc itaque quàm commune ſit & piis & impiis, absque omni dubio hoc mediante reſurgent tàm hi quàm illi. 5. Denique ſuperioribus haud immeritò quoque adjungimus hodie toties citatum R. Menaſſe ben Iſräel in tract. alleg. cap. VIII. & IX. per tota, impr. verò pag. 177. quibus probare affirmativam conatur (quanquam in genere quidem, quod ad hunc fidei articulum) ex lumine intellectus, ſacris literis, & teſtimoniis variis : concludentem nihilominus pag. 180. ac-

180. resurrectionem mortuorum non fore quidem generalem ac communem omnibus hominibus, juxta citatum ab ipso locum Dan. XII, 2. (quasi verò) interea tamen inter *Multos*, apud Prophetam, fore cujusvis sortis sive cõditionis homines, probos, improbos & intermedios: etiam gentiles, & malos quidem sive improbos; & in specie vicisim quoque Socratem, Platonem & similes; quanquam hi sub specie probitatis: V. pag. 184. & seq. Enimverò manum denique de tabula: quid nobis amplius cum Cadmeis larvis hisce?

Quæstio XII. & ult.

Verba ultimi membri: דרך רשעים תאבד *an ita potiùs sint reddenda:* Viam v. impiorum Tu perdes, *scilicet* Jehova?

Vers. ult. Resp. Ita censet quidem Lorinus: ut qui accipit id vocabuli, תאבֵד pro secundà personà masc.gen.Fut.II. Hiphil, quæ translativa quidem est Conjugatio, ut notum in vulgus: idq; ideò, quia aliàs in Kal idem esset tertia fœminini, cùm tamen דֶּרֶךְ sit masculinum. Videri poterat, (de nostro hoc addimus) favere eidem quoq; Chaldæum, qui extra controversiam תְּהוֹבֵד in Aphel habet: servatâ pro more & Conjugationis & temporis characteristicâ. Cæterum 1. Utne, quæ de caussâ exitii impiorum propriâ superiùs edisseruimus, heîc repetamus (equidem v. justo DEI judicio aliàs pereunt tamen

tamen seu evertuntur ijdem: sane benè etiam) 2. Ecquid verò novi, (posito, nondum concesso, דֶּרֶךְ dignioris sexus nomen esse) aliàs sæpe enallagen generis quoq; committi, quod ad convenientiam Verbi & nominis, certo & peculiari quidem lingvæ usu, non abusu, aut confuso quodam loquendi genere, uti loquitur rectè, ex mente Kimchii in Michlol fol. 11. & 67. Cl. Buxtor. in thes. gr. lib. II. cap. 10: adi & Rever. pl. D. Glassium Phil. S. lib. III. tract. 3. can. 55. 3. verò jam pernegamus דֶּרֶךְ masculinum semper esse: potiùs arbitrarii sive communis generis esse idem exemplis abundè evinci poterat: imò frequentius in sequiori s. fœminino, quàm potiori, masculino, reperiri sequentia loca utcunque demonstrant: Deuter. I, 33. 1. Sam. XII, 23. 1. Reg. XIII, 17. 2. Reg. VII, 15. c. XIX, 28. & 33. 2. Paral. VI, 27. Esdr. VIII, 21. Proverb. XII. 26. &c. In quo, ultimo, loco (quemadmodum etiam citato ex 2. Reg. VII, 15.) cum Verbo, & in illo quidem Futuri temp. fœmin. gen. תַּתְעֵם *errare fecit eos, sedutet*, ut in nostro, junctum reperire idem est. 4. תאבֵר in formâ Hiphil Futuri esse probari prius debebat. Certè semel eadem tantùm occurrit, Jer. XLVI, 8. אִבְּדָה cum ה paragog. & in fine per Chirek magn. scripta, א radicali propter concursum alterius pro more abjecto, & Cholem ex formâ Kal, vel certè Chaldaismo, assumpto. 5. Forma Cholem, in verbis quorum prima radicalis א, Futuro secundo Kal propria est; unde pro hoc illa concludit potius, quàm Hiphil. 6. Tertia futuri adhibenda potius fuisset: *perdet* Jehova viam impiorum, non *perdes*, secunda; quemadmodum in priori membro illam reperi-

re est: *sciens est*, vel *scit* Dominus, &c. 7. Chaldæum interpretem quod attinet, verum quidem est, quod hic tertiam Aphel, quæ transitiva Conjugatio in neutris fere est, adhibeat: sed sciendum heic, τὸ אוֹבַד vel הוֹבַד, ita Futurum תְּהוֹבֵד vel אוֹבִיד/יוֹבִיד non magis transitivè quam intransitivè, *perdere* & *perire* significare, quod vel ex plurimis locis, si opus id esset, probari poterat. V. & conf. Job. XI, 20. Ps. CXIX, 92. CXLII, 5. Prov. XI, 7. Ier. XL, 15. alia: quemadmodum huncce nostrum locum etiam Psalm. sc. I, vers. ult. ita reddit Cl. Buxtorf. in Lex. Ch. Talm. & Rabb. V. אבר p. 7. Adde postremùm, quod & apud Caldæum תְּהוֹבַד tertia fœminini sit, uti in fontibus, non secunda dignioris generis, quam in scenam producere amat Lorinus. Minimè in uno adeoque labitur heic Jesuita.

תרח אבינו

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-565698-p0041-4

PSALMUM

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-565698-p0044-1

01 A 6640

ULB Halle
003 108 309
3

Sb.

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-565698-p0045-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-565698-p0046-2

PHILOLOGICARUM

MUM

IUM,

MA,

ens

roversas circa Eundem:

publicè

niâ Wittebergensi,

IDE

ENNERTO,

Publ:

lente,

O MULLERO,

Livono.

oris antemerid.

o Majori.

LIV,

ERGÆ,

neri, Acad. Typogr.